

eis temporibus fuerant conservata, custodia & intacta, permanent, penas graves contrarium praesumentibus inferamus, omnes & singulos cuiuscumque preminentiae, dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint, etiam si Imperiali, Regali, Pontificali, vel quacumque alia praesulerint dignitate, qui dicta Capita, Crucem, aut alias Reliquias Sanctorum cum eis, ut praesertur, reconditas, vel Imagines, aut capsas, vel aliquod, seu aliquem ipsorum, aut alicujus eorum partem, aut Gemmas, Margarithas, jocalia, seu ornatus ipsi, seu ipsarum alteri adherentia, palam vel occulte, violenter vel furtive etiam de conscientia Canonorum & Capituli Ecclesiae Lateranensis praesata, vel alterius ipsorum, subripere, auferre, asportare, seu destruere praesumpserint, aut talia praesumentes seu praesumentium scienter socii fuerint, seu ea fieri mandaverint, vel facta ipsorum nomine rata haberint, sive in iis publice vel occulte auxilium, consilium, vel favorem dederint, aut eos vel praemissa subtracta, seu ablata, seu aliquos vel aliqua eorumdem scienter receptaverint, & retinuerint vel defenserint, excommunicationis sententia innodamus: eorumque Civitates, Terras, Castra, & loca, Ecclesiastico interdictione supponimus: Et si quod detestabilis esset, Populus Romanus seu Urbem Regentes pro tempore per se vel alium seu alios perpetrando mandando aut consentiendo in iis excesserint, ipsi Populus & Urbs, si vero universitas cuiuscumque Civitatis, Castri, aut loci tantum criminis fuerint patratore, huiusmodi Civitas, Castrum aut locus praedicto subiaceant interdictioni, huiusmodique sententia irretiti quamdiu praedicta raptata & asportata detinuerint seu non restituerint & in sua contumacia perduraverint singulis diebus Dominicis & festis pulsatis Campanis & Candelis accessus per omnes Urbis & ipsius districtus, necnon Civitatum & Diocesum vicinarum Ecclesias Parochiales Collegiatis & Curatas excommunicati publice nuncientur nec ab alio, quam a Romano Pontifice possint absolutionis Beneficium obtinere nisi dumtaxat in mortis articulo constituti: & si tunc absoluti fuerint Ecclesiastica careant sepultura: & si forsitan post absolutionem huiusmodi convaluerint, in eadem excommunicationis sententiam relabantur. Nullusque nisi idem Romanus Pontifex huiusmodi relaxare vel suspendere valeat interdictionem. Et si quod absit Personae Ecclesiasticae fuerint omnibus Praelaturis, & Dignitatibus etiam si Episcopales & superiores fuerint necnon Personatibus Officiis & Beneficiis ac administrationibus Ecclesiasticis, quas obtinerent sint ipso facto private, & reddantur inhabiles ad ea & alia obtinenda.

Alia pena temporales.

§. 2. Et quia tam execrabile sacrilegium penis multiplicibus plei mereretur, talia praesumentes sicut rei criminis laese Majestatis perpetuo sint infames & banniti, sint intestabiles, ut nec testamenti liberam habeant factionem, eorumque bona non feudalia pro aliquo satisfactione praedictorum dictae La-

teranenſi Eccleſiae absque remissionis gratia perpetuo applicentur: Feudalia vero ad suos Dominos ipſo facto libere revertantur quod si qui praedictorum Reorum, filios vel filium, aut Nepotem, vel Nepotes habeant per rectam lineam descendentes Beneficiatum, seu Beneficiatos quibusvis Beneficiis etiam si Pontificalem adeptus vel adepti fuerint dignitatem, sint eis ipſo Jure privati spe promotionis omnino sublata. Nulli praeterea talium filiorum atque Nepotum ex virili sexu descendendum ab eisdem alicujus aperiatur janua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, seu Mundani, seu ad alicujus loci regimen sit accessus, sit eis postulandi negata facultas, sit notorie judicatus, & quodlibet aliud Officium, seu ministerium publicum interdictum: in iudiciis eorum assertio contra quemquam nihil fidei, nihil fidelitatis credulitatis inveniant, ut ad testimonium, prorsus reddantur indigni sit eis ad Ordines, & ad Beneficium, vel officium Ecclesiasticum negatus, accessus: & ut magis famosa sit eorum infamia, ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, super aliquo praemissorum omni spe dispensationis adempta.

Filiorum quaque penae.

§. 3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, nostrorum excommunicationis interdicti, & illationis poenarum infringere &c.

Dat. die 28. Julii 1385. An. VIII.

Datum apud Montem Flascionem, quinto Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno Octavo.

XII.

Hereticis, Schismaticis, aliisque a Sacrosancta Apostolica Romana, & Universali Catholica Ecclesia quomodolibet deviantibus, & ad ejusdem Ecclesiae unitatem, obedientiam, & reverentiam redeuntibus formam professionis Fidei praestandam praescribit.

Ex Regg.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam Rei Memoriam.

Exordium.

Ad propagationem catholicae fidei, super cujus custodia sumus licet insufficientibus meritis a Domino deputati, & quorumlibet gloriantium nomine Christiano, sed deviantium a gremio Sacrosanctae Romanae ac Catholicae & Apostolicae Ecclesiae Matris & Magistrae cunctorum Christianorum Fidelium, cui auctore ipso Domino praesidemus, reductionem ad obedientiam, & reverentiam ipsius Ecclesiae pastoralis sollicitudine intendentes: viam & formam omnibus huiusmodi devii tenemus ostendere, per quas salubriter ad dictum gremium possint accedere: in eoque perpetuo commorari.

Redeuntibus ad Ecclesiam gremium.

§. 1. Sane cum sicut letanter audivimus, nonnulli Reges, Principes, & alii Christiani tam Clerici, & Ecclesiasticae Personae Religiosae, & etiam seculares, quam laici, qui extra obedientiam dictae Ecclesiae, extra quam non est salus, damnabiliter permanerunt ha-

eretic-

tenus & permanere noscuntur, ad dictam Ecclesiam redire seu venire desiderant unitatem ac obedientiam, & reverentiam debitam & devotam: Nos volentes eos dictae fidei professionem, quam debent facere, salutari edocere doctrina, infra scriptam formam, quam in talibus servari consuevit dicta Ecclesia, praesentibus fecimus annotari: Volentes, ac mandantes, quod quilibet, qui fuit seu est Schismaticus, & praesertim a praesata Ecclesiae unitate, & ad eam redire voluerit dictam professionem in manibus alicujus Praelati vel Clerici, aut Religiosi Catholici, & praesatae Ecclesiae communionem habentis faciant in ipsa forma, quae talis est.

Hanc emittendam professionem praescribit.

§. 2. Ego talis profiteor & credo Sanctam Trinitatem Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum unum Deum Omnipotentem, totamque in Trinitate Dignitatem coessentialem, & consubstantialem, coeternam, & coomnipotentem, unius voluntatis, potestatis, & Majestatis Creatorem omnium Creaturarum, ex quo omnia, per quem omnia, quae sunt in Coelo & in Terra visibilia & invisibilia, Corporalia & Spiritualia.

§. 3. Item Credo singulam quamque in Trinitate Personam, unum Deum verum, plenum, & perfectum.

§. 4. Credo ipsum filium Dei Verbum Dei aeternaliter natum ex Patre, consubstantialem, unius & ejusdem Omnipotentiae, & coequalem per omnia Patri in Divinitate, in tempore natum de Spiritu Sancto ex Maria semper Virgine cum anima rationali, duas habentem Nativitates unam ex Patre aeternam, alteram ex Matre temporalem, Deum verum, & hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum, non adoptivum neque secundum fantasiam, sed unum & unicum filium Dei in duabus, & ex duabus divina scilicet & humana naturis, sed in unius Personae singularitate, impassibilem & immortalem divinitate, sed in humanitate pro nobis & salute nostra passum vera carnis passione, mortuum & sepultum, & descendisse ad Inferos, & tertia die resurrexisset a mortuis vera carnis resurrectione, & die quadagesimo post resurrectionem cum Carne, qua resurrexit, & anima ascendisse ad Coelum, & sedere ad dexteram Patris: inde, venturum judicare vivos, & mortuos, & redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala.

§. 5. Credo etiam Spiritum Sanctum plenum & perfectum, utrumque Deum ex Patre & Filio procedentem, coequalem, & coessentialem, & coomnipotentem, & coeternum per omnia Patri & Filio.

§. 6. Credo hanc Sanctam Trinitatem non tres Deos, sed unum Deum Omnipotentem, aeternum, invisibilem, & incommutabilem.

§. 7. Credo Sanctam Catholicam & Apostolicam unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur Baptisma, & vera omnium remissio peccatorum.

§. 8. Credo etiam veram Resurrectionem ejusdem Carnis, quam nunc gestamus & vitam aeternam.

§. 9. Credo etiam novi & veteris Testamenti id est legis & Prophetarum & Apostolorum unum esse autorem Deum & Dominum Omnipotentem.

§. 10. Credo hanc esse veram fidem Catholicam, & quod hanc super dictis articulis tenet & praedicat Sacrosancta Romana Ecclesia: & propter diversas haereses a quibusdam ex ignorantia, & ab aliis ex malitia introductas dicit & praedicat eos, qui post Baptisma in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram poenitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum. Quod si vero poenitentes in charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint, & omnis, eorum animas penis Purgatorii post mortem purgari, & ad poenarum huiusmodi alleviationem & liberationem prodesse eis fidelium vivorum suffragia, scilicet Sacrificia, orationes, & elemosinas, & alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta.

§. 11. Credo etiam illorum animas, qui post Sacram Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam vel in suis habentes Corporibus, vel eisdem exuta, prout dictum est superius, sunt purgata, in Coelum mox recipi. Illorum autem animas, qui in mortali peccato, vel cum solo originali decesserint, mox in Infernum descendere poenis tamen disparibus puniendas eadem Sancta Romana Ecclesia credit & firmiter asseverat. Et quod nihilominus in die Iudicii omnes homines ante Tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem.

§. 12. Credo sicut etiam tenet, & docet eadem Ecclesia Romana, septem esse, Ecclesiastica Sacramenta, unum scilicet Baptisma, de quo dictum est supra, aliud est Sacramentum Confirmationis, quod per manus impositionem Episcopi conferunt crismando renatos. Aliud est Poenitentia. Aliud est Eucharistia. Aliud est Sacramentum ordinis. Aliud Matrimonium. Aliud est Extrema Unctio, quae secundum doctrinam Beati Jacobi infirmantibus exhibetur. Sacramenta Eucharistiae ex Azimo sacrificat Ecclesia Romana praedicta, tenens, & docens, quod in ipso Sacramento panis vere transmutatur in Corpus, & Vinum in Sanguinem Domini Nostri Jesu Christi. De Matrimonio vero tenet, quod nec unus Vir simul habere permittitur plures Viros. Soluta vero lege Matrimonii per mortem alterutrius conjugum secundas, & tertias & deinceps nuptias successive licitas esse dicit: si impedimentum canonicum & causa alia non obstat. Ipsa quoque Sacrosancta Romana Ecclesia summum & plenum Primum & Principatum super universam Catholicam Ecclesiam obtinet, quae se ab ipso Domino in Beato Petro Apostolorum Principe, seu Vertice, cujus Romanus Pontifex est Successor, cum plena potestate recipisse veraciter & humiliter recognoscit, & sicut praeter ceteris tenetur, fidei veritatem defendere.

fendere, sic & si qua de fide suborta fuerint quaestiones, suo debent iudicio diffiniri: ad quam potest gravatus quilibet in negotiis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus appellare, sed in omnibus causis ad examen Ecclesiasticum spectantibus ad ipsius recurri potest iudicium, & eidem omnes Ecclesiae sunt subiectae. Ipsarum Episcopi obedientiam & reverentiam sibi debent: apud quem sic plenitudo potestatis consistit, quod Ecclesias ceteras ad sollicitudinis partem admittit, quarum multas Patriarchales praecipue diversis privilegiis eadem Romana Ecclesia honoravit, sua tamen praecellenti dignitate & superioritate tam in Generalibus Conciliis, quam in quibuscumque aliis semper salva. Unde supra scriptam fidei veritatem prout plene scripta & lecta est & fideliter exposita veram Sanctam & Orthodoxam fidem esse recognosco: eam accepto & corde, ac ore profiteor, ipsamque, prout eam veraciter tenet & fideliter docet & praedicat Sacrosancta Romana Ecclesia, me inviolabiliter servaturum, & in ea omni tempore perseveraturum, nec ab ea ullo unquam tempore recessurum, & quomodo deviatorum promitto: & abrenuncio omni Schismati. Primum quoque ipsius Sacrosanctae Romanae Ecclesiae, prout in praemissa ferie continetur, ad ipsius Ecclesiae obedientiam spontaneus veniens fateor & recognosco accepto, & sponte suscipio, & me omnia praemissa, tam circa fidei veritatem, quam circa ejusdem Ecclesiae Romanae Primatum, & ipsorum recognitionem, acceptionem, susceptionem, observantiam, & perseverantiam servaturum, praestito corporaliter Juramento promitto & confirmo, sic me Deus adiuvet, & haec Sancta Dei Evangelia. Quod si contra haec aliquid sentire, confiteri, aut alias agere presumpsero, me Schismaticum, Anathematizatum eo ipso recognosco, ac severitati Sacrorum Canonum subiacerem.

Clausula: § 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum voluntatis, & mandati infringere &c.

Dat. die 1. Augusti 1385. An. VIII. Datum apud Montem Flascionem Kalendis Augusti Pontificatus nostri anno octavo.

XIII.

Causarum Curiae Capitolinae cognitionem, & diffinitionem etiam in gradu appellationis, & in quibuscumque instantiis, iudicibus ejusdem Curiae tantummodo, ceteris Romanae Curiae iudicibus, & Officialibus procedendi in causis huiusmodi facultate interdicta, spectare declarat.

Urbanus Episcopus, Servus Servorum Dei, Ad perpetuam Rei Memoriam.

Postolica sollicitudinis exposcit officium, ut subiectorum intendentes utilitatibus, & dispensanda devitantes litigantium, malitiis opportunis remediis occurramus.

§ 1. Dudum siquidem celerem finem imponi litibus praesertim Romanorum Civium peculiarium nostrorum & Romanae

Ecclesiae filiorum, in quantum suadet ratio, cupientes in Curia Capitolina mandavimus, & fecimus ordinare, quod in ea esset unus Iudex primarum appellationum, quas interponi contingeret ab Officialibus Curiae supradictae, a cuius quidem iudicis sententiis & aliis gravaminibus posset ad alium iudicem, quem in ipsa Curia esse & majorem iudicem secundarum appellationum nuncupari volumus, appellari: quodque ab ipsius iudicis majoris diffinitionibus, & sententiis nemine appellare vel reclamare, aut in integrum restitutionem petere liceret: & si fecus forsitan fieri contingeret, omnes processus & sententias quorumcumque iudicum Romanae Curiae contra ordinationem huiusmodi ex tunc forsitan faciendos, eo ipso volumus esse irritos, & inanes ac nullius penitus firmitatis.

§ 2. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli tam Romani Cives, quam alii de forodicta Curia Capitolina existentes, contra quos in ipsa Curia exigente iustitia tres diffinitivae sententiae sunt legitime promulgatae, executionem iustitiae & sententiarum huiusmodi fugere per frivolarum appellationum, quas ad nos interponunt, diffugia moliantur, se ipsos partemque adversam vanis expensis & laboribus nequiter fatigandos: Nos talium obviare malitiis cupientes Vicecancellario & Camerario nostris, ac Camerario nostrae, utrisque Auditoribus Causarum Palatii Apostolici, qui sunt & pro tempore fuerint, tenore praesentium districtius inhibemus, ne ipse Vicecancellarius super huiusmodi appellationibus interpositis, seu interponendis a quibuscumque sententiis vel gravaminibus Officialium, seu iudicum dictae Curiae Capitolinae, aut primarum, & secundarum appellationum praedictorum Auditores dare nec ipsi Camerarius, & Auditores in huiusmodi causis ad eos delatis, seu commissis eidem contra dictam ordinationem de cetero procedere quoquomodo presumant: sed ipsas causas & partes earum, ad Priores Iudices, seu Officiales, a quibus appellatum extitit, remittere non postponant: ac ex nunc irritum decernimus & inane quidquid contra inhibitionem nostram huiusmodi contigerit imposterum attentari.

§ 3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum voluntatis & decreti infringere, &c.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, quarto Kalendas Decembris Pontificatus nostri anno Octavo.

XIV.

Institutio Universitatis Studii Generalis ad normam Academiae Parisiensis in Urbe Colonienfi.

Urbanus Episcopus, Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

In summae dignitatis Apostolicae specula superni dispensatione consilii licet immeriti constituti, ad universas fidelium regiones nostrae vigilantiae creditas, earumque

Variis appellationum iudicibus in Curia Capitolina statuti.

Constitutio de qua in rubrica.

que profectus, & commodam tamquam universalis gregis Dominici Pastor commissa nobis speculationis apicem, quantum nobis ex alto permittitur, extendentes, fidelibus ipsis ad quaerendum literarum studia, & scientiae margaritam, cuius acquisitio dum invenitur, gloriosa est, & fructus suavissimi, per quam pelluntur ignorantiae nubila, ac erroris eliminata caligine mortalium curiosa solertia suos actus, & opera disponit, & ordinat in lumine veritatis, per quam etiam divini nominis fideique catholicae cultus protenditur, iustitia colitur, tam publica, quam privata res geritur utiliter, omnique prosperitas humanae conditionis augetur.

Ob hoc igitur magno nec mirum desiderio ducimur, ut literarum studia in quibus pretiosa ipsius scientiae margarita reperitur laudanda suscipiant incrementa frequentius, praesertim in locis illis, quae ad multiplicanda doctrinae semina, & germina salubria producenda apta, & idonea dignoscuntur.

§ 1. Nos praemissa attendentes, & etiam fidei puritatem, & devotionem eximiam, quam dilecti Filii N. N. Consules, Scabini, cives, & commune Civitatis Colonienfis devoti nostri, & Ecclesiae Romanae filii ab olim ad ipsam Ecclesiam, & nos habuisse dignoscuntur, illamque successione temporum de bono in melius studuerunt augmentare, dignum ducimus, & aequitati consonum existimamus, ut civitas ipsa, quam divina gratia multarum praerogativae bonitatum, & secunditate virtutum gratiosa dotavit scientiarum etiam ornaret muneribus, & etiam amplietur, ita ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos honoribus, & diversarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant universi qui literarum imbui cupiunt documentis.

§ 2. Praemissis igitur diligenti examinatione pensatis, non solum ad ipsius Civitatis, sed etiam regionum circumjacentium, incolarum commodum, & profectum, paternis affectionibus anhelantes, dictorum etiam Consulum, Scabinorum, Civium, & communis gratiam nostram suppliciter implorantium in hac parte devotis supplicationibus favorabiliter annuentes ad laudem divini nominis, & fidei propagationem orthodoxae, auctoritate Apostolica statuimus, & etiam ordinamus, ut in dicta Civitate Colonienfi sit de cetero Studium generale, ad instar Studii Parisiensis, illudque perpetuis futuris temporibus vigeat tam in Theologia, & Juris Canonici, quam alia qualibet licita facultate, quod legentes, & studentes ibidem omnibus libertatibus, & immunitatibus concessis Magistris in Theologia, ac Doctoribus legentibus, & studentibus commorantibus in dicto Parisiensi Studio generali gaudeant.

§ 3. Insuper Civitatem, & Studium praefata ob profectus publicos, quos exinde provenire speramus, amplioribus honoribus prosequi intendentes, auctoritate ordinamus eadem, ut si qui in eodem Studio Colonienfi

fuerint, qui processu temporis bravium meruerint in illa facultate, in qua studuerunt, obtinere, sibi que docendi licentiam, ut alios erudire valeant, ac Magisterii, seu Doctoratus honorem petierint elargiri, per Magistrum, seu Magistros, Doctorem, vel Doctores illius Facultatis, in qua examinatio fuerit facienda, Praeposito Ecclesiae Colonienfis, qui pro tempore fuerit, vel eo abeunte idoneo, quem ad hoc idem Praepositus duxerit deputandum, Vicario, vel Praepositura ipsius Ecclesiae vacante, illi qui ad hoc per dilectos filios Capitulum ipsius Ecclesiae deputatus extiterit, praesententur: idemque Praepositus, vel Vicarius, aut Deputatus, ut praefertur Magistris, & Doctoribus in eadem facultate actu inibi regentibus convocatis illos, sic praesentatos in his quae circa promovendos ad Magisterii, seu Doctoratus honorem requiruntur iuxta modum, & consuetudinem quae circa consuetudinem, quae super tali in generalibus Studiis observantur, observatis examinare studeat diligenter, eis que si ad hoc sufficientes, & idonei reperti fuerint huiusmodi licentiam tribuat, & Magisterii, seu Doctoratus honorem conferat, & etiam largiatur.

§ 4. Illi vero, qui in eodem Studio dictae Civitatis examinati, & approbati fuerint, ac docendi licentiam, & honorem huiusmodi obtinuerint, ut est dictum ex tunc abique examine, & approbatione alia legendi, & docendi tam in civitate praedicta, quam in singulis aliis generalibus Studiis, in quibus voluerint legere, & docere Statutis & consuetudinibus contrariis Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus plenam, & liberam habeant facultatem.

§ 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, & ordinationis infringere &c.

Datum Perusii duodecimo Kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Undecimo.

XV.

Terra Montis regalis (nunc vulgo Mondovio) in Civitatem, & Ecclesia S. Donati in Cathedrali erigitur.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Salvator noster, cuius nutui cuncta subserviunt, in agro huius mundi messiem multam, & operariorum raritatem attendens, Dominum messis rogandum ut illam operarios mitteret, censuit. Et ipse idem exiens mane veluti Pater familias diligens horis variis operarios in vineam suam misit. Romanus itaque Pontifex, qui sicut eodem Domino disponente Vicarius eius in terris esse dignoscitur, & sic, & ipsius actibus in quantum sicut humana fragilitas se conformare tenetur, ubi super excrecere messiem, populi videlicet multitudinem,

Clausula.

Dat. die 28. Novemb. 1388. An. VIII.

Ex Oper. Diplomati. Mirai Tom. II. pag. 1253.

Proemium.

Colonienfi Academiae institutio cum applicatione Privilegiorum Universitatis Parisiensis.

De Laureandis.

Licentiarum Privilegia.

Clausula.

Dat. die 21. Maii 1388. An. XI.

Ex Regest. eodem.

Proemium.

Ex eodem Regest.

viderit, operarios debet opportunos adii- cere, & juxta Propheticum verbum au- gere custodiam locare custodes, & cultores Idoneos in dominicam vineam desti- nare.

Causa nove faciendæ Ere- ctionis.

§. 1. Cum igitur in Terra de Monte- vi- co, quæ usque in præsentem diem fuit Asten- sis diæcesis, adeo, ut ipsa facti notorie- tas manifestat, benedictente Domino crevit po- puli multitudo, ut terra ipsa personarum numero- sitate, & aliis Domini benedictioni- bus ultra Civitates quamplures sit fecun- da. Accedit etiam, quod cum Ecclesia Asten- sis latam, & diffusam Diæcesim habeat in qua civitate Astensi degit populus numerosus, in tanta personarum multitudine singulorum vultus apte nequit unicus Pastor inspicere, aut alias partes boni Pastoris implere, est que onerosum, atque difficile in tam lata, & diffusa Diæcesi ad unum tantum, a tot personis Ecclesiasticis, & mundanis recur- sus haberi.

Ere-ctio Epi- scopatus Mon- tis regalis.

§. 2. Nos præmissa attenta meditatio- ne pensantes, & in hac populi videlicet multitudine operariorum utilium nume- rum augere volentes: ex quibusdam aliis etiam rationabilibus suadentibus causis, ex certa nostra scientia de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolica plenitudine potesta- tis, ad Dei laudem, & gloriam, & exalta- tionem Ecclesiæ Sanctæ suæ, divini cultus au- gumentum, fideliumque salutem, terram prædictam cum parte ejusdem Diæcesis, quam quidem partem certis distingui limitibus fe- cimus, cum omnibus personis Ecclesiasticis, & secularibus degentibus, ac rebus existen- tibus in ejusdem terræ parte ab omni jurif- dictione, potestate, & subjectione Episcopi pro tempore Astensis, & dilectorum filio- rum Capituli Astensis, & ejusdem Astensis Ecclesiæ profus eximimus, & perpetuo li- beramus, ipsamque terram in Civitatem erigimus, & civitatis titulo, & insignis de- coramus, eamque in memoriam ipdecibilem eorum, quæ circa hæc in parte geruntur civi- tatem Montis Regalis perpetuis futuris temporibus volumus nuncupari, & insuper Collegiatam Ecclesiam Sancti Donati in hujusmodi nova Civitate sitam in Cathedralem Ecclesiam similiter erigimus, & con- stituimus de consilio, & potestate prædictis sponsum proprium, & idoneum Deo aucto- re per Apostolicæ Sedis providentiam habi- turam, cui sponsum ipse præsit pariter atque proficit.

Capituli affi- gnatio.

§. 3. statuentes, ac de ipsis consilio, & potestate decernentes, ut in hujusmodi Ecclesia de novo in Cathedrali erecta toti- dem sub ejusdem nominibus, ac in dicta Astensi Ecclesia, dignitates existant, necnon decem Canonicorum Capitulum facientium numerus, quorum aliqui, singuli videlicet singulas, ex ejusdem dignitatibus ipsius Eccle- siæ Montis Regalis obtineant perpetuis temporibus. Ceterum de consilio, & po- testate prædictis statuimus, & etiam ordi- namus, quod personæ tam Ecclesiasticæ, quam seculares in eisdem nova civitate, & parte degentes præfentes, & posteræ quem-

admodum Episcopo, & Capitulo, & Eccle- siæ Astensi præfatis, in spiritualibus, con- junctum, vel semotim teneantur obedire, & sint ordinario jure subiecti. Ad hæc omnia, & singula possessiones, & bona, ac jura, quæ in prædicta civitate Montis Regalis, & parte ad Episcopalem mensam, necnon ad præfatos Capitulum, & Ecclesiam Asten- sem usque modo conjunctum, vel divisim pertinuerunt, etiam si feudalia, & emphiteu- tica, censalia, vel hujusmodi quæcumque, quotcumque fuerint, & in quibuscumque consistant, quæ per loca, & vocabula, confi- nes, qualitates, quantitates, & valorem ipsorum haberi volumus præsentibus pro ex- pressis, & sufficienter specificatis cum omni- bus juribus, & pertinentiis suis ab eisdem mensa, & Capitulo, & Ecclesia Astensi præ- sentium tenore subtrahimus & omnimodo separamus, illaque omnia, & singula cum dictis juribus, & pertinentiis quemadmodum ad mensam, Capitulum, & Ecclesiam Asten- sem prædictos usque nunc communiter, vel divisim pertinuerunt, ita Episcopali mensæ & dicto Capitulo, & Ecclesiæ Montis Re- galis communiter, vel divisim applicamus, & in eorum dote volumus computari. In Ecclesia quoque Montis Regalis divina præ- fata peragantur officia juxta ritum, mo- dum, & consuetudinem ibidem hæctenus usi- tatos.

Quæ in nova Civitate Epi- scopi Astensi competebant novo Episco- patri conce- duntur.

§. 4. Demum volumus, & de ipsius consilio, & potestate mandamus, quod si fructus, proventus, redditus possessionum vel bonorum ab eisdem mensa Capitulo, & Ecclesia Astensi subtraherentur, & mensæ, Capitulo Ecclesiæ Montis Regalis præfatis applicatorum per nos, ut præfertur nec- non possessionum, bonorum, quæ dicta Ecclesia in Cathedrali erecta in præ- sentiarum canonice possidet, non tantum forsan secundum communem existimationem valerent annuatim, quod ex illis dictus Episcopus sexcentos, & singuli ex prædi- ctis decem Canonicis singulos quinquaginta Florenos auri singulis annis percipere possent, dilecti filii commune Montis Regalis Civi- tatis supradictæ de bonis eorum eisdem Epif- copo, & Canonicis, id quod ex dictis Flo- renorum summis deesset anno quolibet tan- diu supplere, donec dictum Commune alias possessiones, & bona de quibus hujusmodi suppletio sufficienter fieri possit propriis sum- ptibus justis titulis acquirant, ipsique Episcopo Montis Regalis, domos pulchras, & honestas, in loco honesto, & congruo sitas, in quibus ipse Episcopus sui que Suc- cessori Episcopi Montis Regalis, qui pro tempore fuerint cum eorum familia congrue pro dignitatis Pontificalis decencia habitare valeant, tradere ex jure proprio, & in per- petuum, & hac vice duntaxat suis expensis Episcopo Montis Regalis de novo creando de mitra, annulo, & baculo Pastoralis, cali- ce, libris cæterisque indigentis, & necessa- riis ad ornamentum Pontificalis dignitatis, & ipsius Ecclesiæ erectæ in Cathedrali re- quisitis providere. Et quia dictus Episcopus Astensis ad exercitium jurisdictionis tempo- ralis

Dos novo Episcopo & Canonicis a Communi nove Civita- tis danda.

ralis

Vicarii Dos.

ralis ad se pronunc in hujusmodi nova civi- tatis pertinentis consueverat deputare unum Vicarium, cui ratione hujusmodi Vicariatus officii trecentos, & quinquaginta Florenos auri annuatim solvere tenebatur, Vicario, quem ipse Episcopus Montis Regalis de novo creandus, & sui in perpetuum Successores ad exercitium jurisdictionis hujusmodi depu- taverint, similiter 350. florenos auri singulis annis de propriis ipsorum communis bonis persolvere, prout etiam præfati Commune vo- luerunt, & ad id per eorum Ambasciatorem, & Syndacum se sponte obtulerunt, & effica- citer obligaverunt omnimode teneantur, ipse- que Episcopus, & Ecclesia Montis Regalis, ac Successores hujusmodi solutione salarii dicti Vicarii in perpetuum sint penitus liberati, & quod omnia privilegia, jura, & bona dictæ Ecclesiæ Sancti Donati qualitercumque conce- ssa, & in quorum possessione pacifica in præsentiarum canonice extitit, eidem per- maneant illibata: non obstante quod dicta Ecclesia in Cathedrali ut præmittitur sit erecta.

Conventio que dam con- firmata.

§. 5. Deinde vero auctoritate Aposto- lica approbantes, & ratificantes omnia, & singula gesta, firmata, & concessa ordinata, & conventa conjunctim, vel divisim inter dilectos fratres nostros Nicolaum tituli San- cti Ciriaci, & Petri Sanctæ Anastasiæ Præ- byteros, & Franciscum Sancti Eustachii Dia- conum Cardinales ex commissione eisdem per nos factæ vivæ vocis oraculo nomine Ro- manæ Ecclesiæ ex una parte, & Syndacum Communis Montis Regalis ex altera parte non obstantibus aliquibus expressis in contra- rium facientibus, quæ huic confirmatio in ni- hil habeant in aliquo derogare, volentes præ- dicta gesta ordinata, firmata concessa per- petuis temporibus duratura, & efficaciter observari, ac si præfenti forent privilegio de- clarata patentibus de præmissis publicis do- cumentis.

Metropolitani Mediolanensis Ecclesiæ jus supra novam Ecclesiam.

§. 6. Volumus insuper, quod Episcopus qui pro tempore fuerit Ecclesiæ, & Capitulum Montis Regalis prædictum, prout quemadmo- dum præfati Episcopus, & Capitulum, & Ecclesia Astensis sub sunt Archiepiscopo pro tempore existenti, & Ecclesiæ Mediolanensi, Metropolitanano jure sub sint.

Clausula.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre exemptionis, li- berationis, erectionis, decorationis, statu- ti, consuetudinis, ordinationis, subtractio- nis, separationis, applicationis, mandati, voluntatis, infringere &c.

Dat. die 8. Junii 1388. An. XI.

Datum Perusii sexto Idus Junii Ponti- ficatus nostri anno Undecimo.



Post Urbani VI. obitum Cardinales, qui illi adhæ- serant, Conclave ingressi, die 2. Novembris anni 1389. in Romanum Pontificem elegerunt Petrum Tornacellum Neapolitanum S. R. E. Presbyte- rum Cardinalem Tituli S. Ana- stasiæ, qui septimum post diem consecratus Bonifacius voluit appellari: Sedit in Pontificatu Annos XIV. Menses XI. uno minus die: imperantibus in Oriente Emanuele; in Occi- dente Venceslao, mox Ruper- to Bavaro Imperatoribus. O- biit die 1. Octobris 1404. & sepultus est ad S. Petrum. Va- cavit post ejus obitum Sedes dies XVI.

Mortuo Avenione, ut fu- perius vidimus, Clemente VII. qui contra Urbanum VI. fue- rat electus, Cardinales qui se- quuti cum fuerant, die 28. Se- ptembris anno 1394. elegerunt